

4907 L. Aelio Caesare II P. Coelio Balbino Vibullio Pio cos.¹ | VII idus Octobres, | C. Domitius Valens Hvir i. d., praeente C. Iulio Severo pontif., | legem dixit in ea verba quae infra scripta sunt: |

Iuppiter optime maxime, quandoque tibi hodie hanc aram dabo dedicaboque, ollis legib. | ollisque regionibus dabo dedicaboque, quas hic hodie palam dixerim, uti infimum solum huius arae est:² | si quis hic hostia sacrum faxit, quod magmentum nec protollat³, it circa tamen probe factum esto; ceterae | leges huic arae ea[e]dem⁴ sunt, quae arae Diana sunt in Aventino monte⁵ dictae. Hisce legibus hisce regionib. | sic, uti dixi, hanc tibi aram, Iuppiter optime maxime, do dico dedicoque, uti sis volens propitius mihi collegisque | meis, decurionibus, colonis, incolis coloniae Martia[e] Iuliae Salonae, coniugibus liberisque nostris.

Salonis rep., epistylum in duas partes divisum, pars intuenta dextra inde a saec. XVI Patavii (III 4953 utramque partem descripsit Dalmata quidem circa annum 1455 et post eum unus alterve; parlem quae extat Patavii vidit Mommsen). — 1) A. 457. — 2) Id est: illis legibus dedicabo, quas hic hodie palam dixerim; illis regionibus dedicabo, uti infimum solum huius arae est. Nam ibi arae termini sunt, ubi solum incipit planum esse (Momms.). — 3) Quamvis exta non deponat. Cf. supra N. 412 (not. 10). — 4) eadem apographum optimum. — 5) Cf. Dionys. 4, 26 Festus p. 465 s. v. Nesi. Lex aedis Diana Aventinensis videtur fuisse antiquissima huius generis, quas scripta Romae proposita fuerat.

4908 Dianae Aug[st]ae. | Sex. Iulius or proc. Aug. simula[crum Dianae Augustae hac lege do dedico], | uti extra e um quam me sentio ded[icare, . . . ne ex] eo t[empo] ubi nunc est | exportetur neve ex eo loco in quo nunc est in ali[um] transferatur de[po]na[t]ur aliave qua ratione amoveatur, neve ab alio [quo nisi ab eis o]mnibus | [q]uib[us] ornandum tergendumve erit contingatu[r] contractetur, n[on]isi ab eo sa[cerdot]e qui sacerdotum Apollinis primus erit sequ[nd]o veniam ne-gotii [petii]t, | [si quid laesum de]labsumve erit uti ad pristinam for[mam] reducatur restituatur]. (In latere paucae tantum litterae supersunt.)

Mactari in Africa (VIII S. 47796 = mus. Rhen. 44, 1889 p. 481 lapidem vidit Cagnat, ectypum Schmidt, cuius supplementa pleraque retinuit).

4909 Aninia Sex. I. Ge Iunonibus¹ hanc | aram locumque his legibus dedicavit. | Si quis sarcire reficere ornar. coronar. volet, licet. | et si quit sacrifici quo volet ferre et ibi ubi volet, uti sine | scelere sine fraude lic[et].²

Prope Carpi, qui locus est non longe a Mutina, rep. (XI 944 descripserunt Mutinenses complures, in his Cavedonius). — 1) Cf. supra N. 5115 not. 1. — 2) Liceto.

4910 1.

. . . . itque eadem lege sacrum esto. Si quot | donum pecuniave aut stipes huic | signo datae erunt¹ itq. si Hvir[ri] decurionesq. coloni coloniae | Civicae Aug. Brixiae vendere¹ value|[rint]